

TV, 101 .

2,15.



7

PROTELIA VOTIVA
HONORIBUS,
VIRI PRÆCLARE DOCTI
Dn. FRANCISCI
HERMANNI,
J. U. Candidati Dignissimi,
SPONSI

cum
Lectissimâ ac ornatisimâ Virgine
MARIA CHRISTINA,

VIRI MAXIME REVERENDI, AMPLISSIMI ATQVE
EXCELLENTISSIMI
DNI. PAULI RÖBERI,


Doctoris Theologi quondam ac Prof. Publ. in hac Aca-
demia Celeberrimi, Consistorii Adsesoris gravissimi, Ec-
clesiæ Wittenberg. Pastoris, itemque, Electoratus Saxonici
Superintendentis Generalis Vigilantissimi p. mem.
rel. Filiâ SPONSA

IPSA NUPTIARUM SOLENNITATE

Wittebergæ Id. Aug. A. O. R. cl. Id. LXXI.

FAUTORIBUS & PATRONIS,

Celebrata.




WITTEBERGÆ
Typis JOHANNIS RÖHNERI Academ. Typograph.
ANNO M^oDC LXXI.

rg
r.

Res





Ulm prece fœdus ini, fœdus quod poscit
honestâ

Præcipui & summi Filia Theologi:

Hanc tibi supplicibus si junges fœdere votis,
Fœdera in auxilium sunt valitura
tuum.

Sic fiat, faveat thalamo indulgentia Cœli,
Copulet ut nuptos certa tenaxq; Fides.

Johannes Meisnerus, D.



SPONSA AD SPONSUM.

Non pudor est, servire Viro, Dominoq; subesse.
Quir ego, Noster amor, claræq; HERMANNE,
Themistos

Dicere Te usq; meum Dominumq;, virumq; recusem?
Imperium cum mihi tuum, mandataq; cuncta
Nil nisi molle sonent; igitur subjectio svavis,
Et Te ceu Dominum veneror, promteq; petitis
Obsequiosa Tuis pareo, ceu grata Virago.
Tuque Marite, Tuum imperium conforme tenebis
Verbo divino, socioq; fidelis amoris
Vinclo. Sic nobis tribuet bona quæq; JEHOVA!

Johannes Andreas Qvenstedt,

S. S. Theol. D. & Prof. Publ.

EX.

Expetit HERMANNUS sincera symbola mentis,
Carmina quæ illi fausta referre queam:
Mente precor, voveoq; Tibi proluxa salutis
Gaudia cum lectâ VIRGINE RÖBERIA;
Vivite felices & crescite prole, Supremum
Numen huic voto pondus inesse velit.

Joachimus Merger/
D. & Prof. Publ.

Vincula multa dedit mortalibus Arbiter ævi,
Vincula, quæ vitam consociavit amor.
Nam populos terris, & moribus atque statutis
Divisos fidei vincula sacra ligant.
Et varias turbas civilia vincula cogunt
Corpus in unitum, quod Politia capit.
Nec minor exiguos cœtus ad vincula virtus
Convocat, ut socium fœdus inire velint:
Vincula naturæ Gnatis junxere Parentes,
Et Dominis servos vincula firma ligant.
Nulla tamen melior, non ulla suavior ætas
Conjugii vinclis intimiora fovet.
Una caro Duo sunt, anima & mens una, cor unum,
Os, affectus, opus, sunt in amore simul.
Hæc bona Conjugii sacris DEUS addidit Autor,
Vincula multiplici fœnore clara dedit.
Conjugii modò sacra subis firmissima fato
NOBILE PAR: sacris Nos pia vota damus.
Una caro Duo sint, anima & mens una, cor unum,
Os, affectus, opes, sint in amore simul!

Clarissimo Dno Sponso & Nobilissime
Virgini Sponse honoris, amoris
& felicitis ominus ergo scrib.

Johannes Deutschmann/ D.

Obtinet ille bonum, quò non acceptius ullum,
Disponente Deo cui datur uxor amans.

Huic promissa sacris libris sunt commoda multa,
Et domus & soboles est benedicta simul.

Nulla satis felix fida sine conjugis vita.

Ecquis non socii gaudet amore boni?

Hinc, Hermanne, sapiis sociam dum quæris amicam

Talem præsertim, quæ scit amare Deum.

Plaudimus, ac omnes tibi prospera quæq; precamur,

Adsint ex altis fata secunda toro.

Ex animo gratulab. vovet

Christophorus Nottnagel/

Coll. Phil. p. t. Decanus.

Hermanno nubit Röberi filia magni;

Quem mirabatur Misnia tota virum.

Leucoris obstupuit vultum linguamq; disertam,

Vexit & ad summum tota caterva polum.

Hoc prognata fuit clarissima sponsa parente,

Cujus in æternum sit maneatq; decus.

Röberi nomen propaget filia nostri,

Moribus & formâ clara puella mihi,

Hermannos generet Röberi stemmate mistos,

Vivat & innumeros & sine nube dies.

Michael Wendelerus,

D. & Prof. Publ.

Quod celo est nigra moderatrix Cynthia noctis,
Dicunt id consors esse marita viro.

Luna

Luna renascentem cum primum colligit orbem,
In faciem caelum cogit abire suam.
Namq; nigro pluvias, rubicundo flamina cornu,
Lumine sed puro tempora clara parat.
Non aliter pallens contristat nupta maritum,
Et curis angit, sollicitatq; metu.
Quasi torva nimis suffuderit ore ruborem,
Perturbat rixis irrequieta lares.
Gaudia sed vultu promittit blanda sereno,
Et cum latificis oscula mista jocos.
Hec nos ora tua vultumq; Hermanne, marito
Optamus, votis non aliena tuis.

Christianus Trenschius,
Prof. Publ.

HERMANNE, dum Tibi collocatur nuptui
Virgo pia, pulchra, pudica, Tua ROBERIA,
Latus coronam pronubam in caput induc
Sponsus, piosq; exerce amores, & vaca
ROBERIAE, quo Maximo olim-Præsuli
Pioq; ROBERO nepotes, & Tibi
Des liberos, dio favore qui novos
Fundent penates & novum condant genus,
Par dignitate floridis Parentibus,
Nec gloria impar optimo & avo maximo!

Quod gratulab. de proper.

Constantinus Ziegra,

S. S. Th. Lic. P. P.

RO.

RÖBERIANI Nominis optima
Propago, Divi Stemmatum indoles?
Ecquis tuas deprecabit,
Quas merita es, pia Virgo, laudes?

HERMANNE, solus tu potes omnia
Prestare, fac quod TE decet, ac juvat
Illam; vices suppleto, carmen
Pangere dum mea vena non vult.

Augustiores ipse ego comprecor
Vobis honores. Vultis amoribus
Certare? mox centum triumphos
Et sine lite vovebo pugnās.

Divina vox est: CRESCITE, CRESCITE!
Et, dum potestis, multiplicamini!
Non pax tibi desideretur,
Nec soboles patinas coronans.

Gratulab. defestinat. Claris.

NEOGAM. pari

M. Georg. Cass. Kirchmaier

Elog. Prof. Publ.

ET petitis vestris, & deo, carmina tardis;
Cum faciles numeros vena benigna pluit.
Sed nunc (væ misero!) siccantibus æstibus aret,
Et, quod ad huc remanet, Febri acuta gelat.
Nil fontis superest Aganippidos: omnia desunt,
Omnia conanti verba negata, queror.

Quid

Quid faciam trepidans artus? Si scribere carmen
Ægrotus nequeam, prospera vota fero.

*Vacillantibus literulis; sed firmo maxime,
sincerog, adfectu adjiciebam*

Otho Prætotius, Poët.

Prof. Publ.

Phœbe veni rutilos auro redimite capillos,
Parnasum & Xanthi linqve fluent a vagi.
Nulla Thyestea properantur fercula mensa,
Quid fugis? haud Atreus impius exta coqv̄it.
Ab! quid cesamus resides in vota precesq̄?
Lux monet hæc summum sollicitare Deum.
Non te, summe Parens, Ophyres jam poscimus aurum,
Non petimus culti jugera lata soli:
Sed nuptis firmam per secula plura salutem
Fœcundumq̄, thorum & prospera cuncta novis.

grat. f.

Caspar Lyser, L.

Nobilissimo Clarissimoq̄ Domino

FRANCISCO HERMANNO,

J. U. Candidato perquam Eximio, Fautori, conter-
raneo atq̄; Amico meo multis notis colendo,
solennes nuptias exornaturo:

Juris Natura est carnalis copula signum,
Verum Civilis conjugialis amor.

Ritibus

Ritibus humanis nuptus celebrare jubemus
Juris divini stante rigore gravi.
Juris amans seqveris præscriptum, justa manebunt
Te sociamq; Tuam, quæ pietatis amans,
Justitiæ Dominus partæ cumulata salutis
Distribuat Vobis munera multa diu.
Et coeptis adsit Vestris, faveatq; benignè
Ut passim summâ dexteritate fluant?
Fortunet thalamum numerosâ prole beatum,
Conceptis votis apprecor hisce meis.

M. Samuel Morin.

Facult. Phil. Adjunctus.



FRANCISCO HERMANNO

J. U. Candidato peripsum Eximio, Fautor, conser-

taneo atq; Amico meo multis votis colendo,

Johannes nuptias exornatus

Jura Naturæ est carnalis copula legitima

Verum Civis conjugis amor

Ritibus

Ed 198

ULB Halle 3
002 040 255




Sb

UD 17

mit





PROT
 VIRI PR.
Dn. FR
 HER
 J. U. Canc
Lectissima
MARIA
 VIRI MAXIME REV
 EXCA
 DNI. PA
 Doctoris Theologi qu
 demia Celeberrimi, C
 clesiae Wittenberg. Pal
 Superintendentis G
 rel
IPSA NUPTIA
Witteberga Id
FAUTORIB
 Typis JOHANNIS R
 ANN

